Dette wor meg sagt, att Villum gick ind adt hendis Bagdør, och ieg det kand beuise mett Rasmus Wildbrett eller Rasmus Lauritzen, som meg sagde det.

Anne.

Den Bagdør, som Mester Iffuer siger aff, den loed ieg spille till, før end ieg nogen tid fløtte y dette huss y mine dage. Och hielpe meg Gud saa sandt som ieg wistet icke, førend Villum stod y stuen og lagde nogle klæder y itt skrin.

Ad II. artic. Iuarus Rsp.

Alle mand sagde, att Villum wor drucken, och det er huer mand witterligt, att hand schiud den ganske natt igiennem.

Villum.

Det bekender ieg, at ieg gjorde, ieg gjorde dett, fordi ieg fick der løst till, och dett wor min hosbonds lod och krud.

Ad III. art. Iuarus Rsp.

Jeg haffde Anne ickun mistenckt, fordi hun omgiks mett den, min dø finde wor. Jeg wed icke mett hende nogett andett end som mett en Erlig Danequinde.

Anne.

Saa santt hielpe meg Gud, ieg haffuer aldrig werit orsage till, at Villum skulle nogen tid sueris paa M. Iuers Død.

Ad IV. art. Iuarus Rsp.

Dett sagdes wdi Byen, att Peder Siunesen haffde rosed affit, at Jørgen Lucassen skulle faae Stege sogn och haffue hans Daatter.

Anne.

Gud hielpe meg aldrig sander mer, end om ieg ved noget aff Jørgen Lucassøn at sige, eller om ieg kender hannom.

Biørn.

Giffuer meg nu da Dom y gode Herrer, om ieg paa Kongl. Matts vegne skall kunde haffue magt till at straffe M. Iuer propter contumaciam.

Discendit Biorno et dantur suffragia.

D. Episcopus Joh. Albertius.

Meg tœckes, at M. Iuer er skyldig att straffes som den, der haffuer werit sin Øffrighed w-lydig, effterdi hand haffuer ingen merckelig och fast orsage framsaat, hvorfor at hand ikke er kommen och suared for sig efter sin Øvrigheds steffning.

D. Nicol. Hemmingius.

Jeg kand icke andet sige, end som Dnus Episcopus haffuer sagt.

D. Erasmus Lætus.

M. Iuer haffuer ingen orsage borrit fram, som duer noget, huorfor hand icke er kommen, som D. Episcopus sagde. Thi bør hand at straffis for Wlydighed wden hand kand afbedett hos Kongl. Matt.

D. Johan. Francis.

Idem sentio cum D. Nicolao Hemmingio et D. Erasmo Læto.

Idem iudicant omnes Magistri artium.

Rector summam suffragiorum Biornoni declarabat.

Convocati Professores 22. Januarij.

Adfuerunt professores omnes nemine excepto nisi D. Knoppero.

Actum est de mutatione verborum in baptismo, facta a M. Iuaro Bartholino pastore Stegensi, qua excluserit propria autoritate verba exorcismi, quorum usus plurimos annos fuerat in ecclesia christiana.

Actioni hujus controversiæ interfuerunt etiam Biorno Andreæ arcis Hafn. præfectus.

M. Johannes Thomæ pastor ad D. Virginem.

M. Jacobus Nicolai pastor D. Nicolai.

M. Nicolaus Albinus pastor ad d. Spirit. s.

Quæstio Biornonis.

Maa nogen wige fra Kongl. Matts Ordinantz for sin egen Person, och giøre noget, som er emod Ordinantzen?

Rsp. M. Iuari.

Jeg haffuer intet muterit aff alt det, som staar y haandbogen, wden det ene Ord (Far hen ud du wrene Aand), det haffuer jeg ladet wde och icke brugit det, och ieg haffuer y den sted expliceret for Folcket den rette Daabsens brug. Och det haffuer ieg giort, fordi ieg haffuer før werit attspurt aff siugelige Quinder, om dett skulle trois, at Børnene for Daaben ere besatte.

Episc. D. Johan. Albertus interrogat:

Huorfor M. Iffuer haffue y privata autoritate muterit det, som publicæ personæ burde at giøre?

Rsp. Iuari.

Jeg ikke haffuer giort det andetstedz end der, som meg tœktes, ieg kunde og motte giørit, efterdi det war icke contra Verbum dei. Icke haffuer ieg heller muteret det, men ieg alleniste haffuer ladet wære wde, och intet brugit, fordi min præceptor D. D. Nicolaus Hemmingius och ieg wy haffde før confereret derom, och hand meente, de ord burde vel med rette lades wde.

D. Nicolaus Hemmingius.

M. Iffuer, ieg haffuer aldrig bedet eller befalet eder att mutere noget af Kongl. Matts Ordinantz.

Rsp. Iuari.

Hoc est verum (?) Dnus præceptor, y sige, ieg har icke heller sagd andit.

Alia quæstio proposita M. Iuaro de Coena Domini.

Episcopus quærit:

Dixisti M. Iuare: Non esse necessariam recitationem verborum institutionis coenæ Dni?

Rsp. Iuarus.

Det haffuer ieg aldrig giort. Men Bjørn og ieg komme y aftes y talle om saadant, da sagde ieg, at Sacramentet faar ingen krafft ex illorum verborum recitatione, et quod sint pars historica, et quod recitentur ideo, ut astantes admoneantur de morte et passione Dni et beneficiis, quæ per hoc sacramentum Christus omnibus promittit.

De mutatione in baptismo hæc est quæstio principalis:

Om nogen maa priuata autoritate gaæ fra publica ordinatione, quæ gravi consilio constituta est, et iam duravit in Ecclesia annos xiiij (sic.)? Et an recte fecerit M. Iuarus, quod mutaverit aliquid privata autoritate in baptismo.

Suffragia:

D. Nicol. Hemmingius.

Vor det saa, af huer maatte følge sit eget sind, daa wor det icke fornøden, at der wor Herrer och Konger til. Derfor maa ingen foruende dett priuata autoritate, som gode vise och forstandige Mend mett Kongen haffue samtyckt. Men huo som dett giør bør at straffes. Og enddog at M. Iuer haffuer her forseet sig och icke giort rett, forseer ieg meg till, at Kongl. Matt. wel naadeligen handler med hannem.

D. Episc. Johan. Albert.

Mihi placet suffragium D. Nicolai Hemmingii.

D. Erasmus Lætus.

Det er en wnderlig handel de ista mutatione in baptismo, och men det er saa nyt, daa kand mand lættelig hugget op, at det icke mere Bulder giør, Och at ieg skal sige om M. Iuer, kand ieg icke dømme hannom til at giøre mod sin samuittighed, Men det wed ieg wel, at hand haffde burd at spurt eder D. Episcopo. Och derfor haffuer hand icke giort rett, doch tæckis meg, at mand kand icke plat condemnere hannem, Men dette factum in se tæckis meg ilde at wære giort, at hand (det) giort sine autoritate superioris Magistratus.

D. Johan. Franciscus.

Iudico hoc factum M. Iuari male factum esse.

Decanus Joh. Magnus.

Existimo M. Iuarum male fecisse.

M. Johan. Aurifaber.

Idem de M. Iuaro iudico, quod iudicauerunt superiores.

Sascerides.

Imprudentiam facti M. Iuari damno.

M. Andreas.

Idem iudico, nempe quod male factum sit.

Catholinus.

Non recte fecit.

Hamerus.

Iudico ipsum minus bene fecisse.

Pastores. M. Joh. Thomæ.

Iudico ipsum Iuarum male fecisse.

M. Jacob. Nicol. p. D. Nic.

Certum est, M. Iuarum fecisse male et contra ordinationem nostrarum Ecclesiarum.

M. Nicol. Albinus.

Non possum non improbare mutationem temere factam.

Rector Biornoni sententiam suffragiorum exponit:

Kerre Biørn, disse Dannemend allesammen dømme, att ingen Erlig person maa noget mutere af sin egen myndighed og autoritet, Och derfor tækkes dennom, Mester Iuer at haffue ilde giortt.

D. Episcopus Biornoni loquitur:

At Mester Iuer haffuer saa giort, det som hand haffuer giort, det tækkes disse Dannemænd at være ilde giort. Men dog kand hannem giøres Naade, om hand wilt afstaa och rette sig y det hand haffuer giort, som han siger, hand gierne will.

D. Nicol. Hemmingius.

Scismatici haffue altid været taget til Naade, naar de wille staa af deres meening.

De matrimonio M. Iuari quæstio eodem die acta.

Biorno quærit:

Mester Iffuers festemø, maa hun kjøbes fra hannom mett penge, som Mester Iffuer haffuer giort.

Episcopus interrogat Iuarum:

Mester Iuer, huor ere y besyndede om Eders Ecteskabssag mett eders Fæstemø y Ribe, huorlunde wille y haffue eder der y?

Rsp. Iuari.

Effterdi at meg icke (wor) hollit det meg wor loffuuet, och wy ere nu foreenthe, saa at de klage intet paa meg, och de haffue mit Breff, och ieg haffuer deris, saa will ieg intet haffue mere met dennom at skaffe, men saa ladit bliffue som det er.

D. Nicol. Hemmingius interrogat Iuarum:

Wor dett Ecteskab emellom eder och den pige?

Rsp. Iuari.

Nej wor det ej. Det wed ieg well, at de, som er Ectefolck, maa icke kjøbe sig fra huer andre met Penge.

Hemmingius.

Det haffuer altid werit hollit her wdj Riget, at de Folck, som hinanden haffue troloffuuet, och deroffuer haffuer verit widnisbyrd och bewisening, och de haffue giffuuet huerandre fæstindfæ, de folck er Ectefolk for Gud og werden. Huilcket altsammen at haffue wæret mellom eder och den pige, beuisligen findes. Thi er y Ectefolck.

Suffragia.

D. Episcopus Johan. Albert. D.

Dett siger ieg, at y denne sag haffuer den saa stor skyld, der penge haffuer taget, som den, der dennom haffuer wdgiffuuet. Och efterdi at Mester Iffuer haffuer icke lofflig forskudt sin rette Ecte festemøe, och hende ingenlunde haffue will, bør hand at icke gifte sig, saalenge hun leffuendis er.

D. Nicol. Hemmingius.

Dett siger ieg, at huo som helst sin Ecte festemøe

wden lofflig aarsage forsager, som Mester Iffuer haffuer giort, och icke will holde sin løfte och ere, hand er werd en møgit stor straf, och der til med sig aldrig giffte (maa), saalenge den Person leffuer, som hand først haffde loffuet troe oc Ecteschaff.

D. Eras. Lætus.

Jeg veed vist, at det wor ret Ecteskab emellom Mester Iuer og hans Fæstemø, och hand icke haver nogen ret orsage at forskiude hende. Thi kand ieg icke andet dømme, end at hand aldrig bør at gifte sig, saa lenge denne hans Fæstemø leffuer.

D. Johan. Franciscus.

Mester Iffuer bør icke at gifte sig, saalenge denne hans Fæstemø leffuer.

Cæteri Professores omnes una cum ministris Verbi Dei prædictæ doctorum sententiæ subscribunt.

Biorno.

Mig siunes dette, at hand haffuer begyndt rett, men han haffuer icke rett forfuldett, Och effterdi hand icke haver hollet sin tro, ære och loffue, bør hand icke at gifte sig, saalenge som denne person hans Festemø er y lifue.

Convocati professores in ædibus Episcopi D. Joh.

Albert. 14. Febr.

Acta est causa matrimonialis M. Iuari et Kirstinæ Severini natæ Ripis, quæ una præsens adfuit cum sponso suo M. Iuaro.

Episcopus quærit:

Mester Iuer, huor wille y haffuet med denne Pige, eders Festemø?

Rsp. Iuari.

Jeg begerer at were for meg och hun for sig.

Convocati Professores 26. Martii.

Significabat Professoribus Rector, M. Johannem Magnum suam professionem nempe Græcam resignasse, et ideo tributa est consentientibus aliorum professorum suffragiis:

M. Nicolao Hammero professio græca, et

M. Johanni Aurifabro professio Rhetorica.

Deinde determinatum, ut amplius non fruatur M. Joh. Aurifaber Vicariato isto, quod hactenus aliquamdiu ex consilio Universitatis habuit.

Convocati professores 2. Apr.

Determinatum est de rustico . . . , a quo præfectus Universitatis cum Universitate coram Regia Majestate delata (!) fuit, ut præfectus Universitatis cum eo agat coram iudicio in publico foro secundum leges, ubi scriptam sententiam petat de hujus rustici accusatione, instituta adversus suos Dnos, sitne iusta an iniusta. Sed interim tamen eidem rustico concessum est, arare et seminare, sicut concessum est eius vicino, nisi quod hæc causa maneat integra et nulla ratione condonata.

Convocati Professores 16. April.

Determinatum est ut horti Universitatis, qui sunt ad Vallum vrbis a parte occidentali templi Divi Petri, locentur professoribus Academiae Hafniensis, eisdem prorsus conditionibus, quibus Ciues suos fundos ad Universitatem pertinentes possident.

Convocati Professores 10. Maij 1567.

Determinatum est, ut pædagogus habitet in Curia pædagogi, pro ut Regia Universitatis fundatione cautum est, et præfectus Universitatis habitabit in ea curia, in qua habitavit hactenus M. Andreas Petreius. Atque communi professorum consensu hoc conclusum est.

Deinde eodem die communi professorum suffragio assignata est utraque lectio pædagogica mihi Jacobo Suenonio Hafn.

Convocati professores 29. Maij.

De pastore animarum in Sæby Dno Olao N. decretum, ut pro restantiis 39 annorum solvat Universitati 30 Thaleros, et posthac singulis annis tempestive et prompte soluat decem marcas danicas Universitati. Quod si noluerit facere, quærat sibi aliam vocationem et parochiam.

Convocatio prof. die 8. Junij.

Determinatum est, ut rusticus quidam nomine Nicolaus Petri solvat Universitati decem thaleros et par boum, quia absque omni ratione iusta Universitatem coram Regia Majestate accusasset, sicut de ipso in publico foro rustico iudicatum est. Et infamis esset permansurus, nisi erga ipsum *ἐπιμεινον* Universitas benigne usa fuisset.

Convocatio professorum 11. Junij.

Præfecto Universitatis mandatum est, ut concedat rusticum eum sepeliri, qui seipsum interfecisset, sed extra cæmeterium sepeliatur.

Convocatio 5. Julii.

De Studioso Christierno Andreae adultero determinatum, ut decem Thaleros numeret in usum pauperum, et publice culpam deprecetur.

Convocatio 20. Julii.

M. Nicolao Hammero donatum est, quidquid accedere possit Universitati ex anno gratiæ ex Vicariatu Lundensi, quem habuit Laurentius Scriba.

Anno 1567 die 1. Octobris Convocati professores.

Electus est in Rectorem Universitatis clarissimus Vir D. Johannes Albertius, Doctor et Superintendens vigilantissimus.

Anno Domini 1567 die 2. Octobris creatus est Rector Universitatis Hafn. Johannes Albertius, Theol. Doct. et Episcopus Siellandicarum Ecclesiarum Vigilantissimus.

Convocati Professores 15. Octobris Ao. 1567.

Determinatum est:

1. Ut nullus ex professoribus in suis domibus aliquid ædificet sine communi professorum omnium consensu.
2. Ut cubiculum concedatur Francisco Telonario¹⁸ in domo

¹⁸ *Werlauff* har udentvivil Ret, naar han (Kbhvns Univ.-Bygnings Hist. S. 8, Not. æ.) antager denne for den *Frands Villumsen*, Tolder i Lund, der 1565 gav sit Bibliothek til Universitetet (jfr. *Th. Bartholin*, De libris legendis, 1676, p. 16).

Universitatis, quæ in fabrica est, modo 300 talleros Universitati numeraverit.

3. Communi omnium professorum consensu Vicariatus est concessus Magistro Erasmo Catholino prof. Dial., quam antea habuit M. Johannes Aurifaber.

Anno Domini 1568.

Convocatio profess. 12. Januarij.

Actum est de proportionem aliqua seruanda inter Doctores et Magistros in distributione boum et pecuniarum, et voluerunt Doctores sibi duas concedi partes, cum Magistri unam acceperint. De qua re audita sunt Magistrorum suffragia hoc pacto:

M. Nicol. Schauenius.

Miror, quare nunc agitur hæc quæstio, cum nunquam prius sit agitata ab antecessoribus. Quare sic dico meam sententiam, me nunquam velle aliter consentire in hac re, quam hactenus erat consuetudo, et siue aliter consenserint alii siue non, tamen ego volo easdem retinere conditiones, quas hactenus semper in distributionibus habui, vel apud superiores nostros de hac re contendam.

M. Joh. Aurifaber.

Quia video, non fore concordiam inter professores, nisi statuatur proportio aliqua, iudico statuendam esse.

M. Sacerides

Sententiæ Schauenii subscribit.

M. Andreas.

Statuendam esse proportionem aliquam in distributione, censeo.

M. Hammerus.

Statuo, proportionem statuendam et observandam esse.

Convocati Professores 24. Jan. 1568.

De Matrimonio actum est Magni Laurentii equitis Aurati et Genethæ Jacobi. Deque filio eorum viro nobili Ka-

nuto Magni determinatum est, eum filium legitimum esse prædicti Magni Laurentii et Genethæ Jacobi.¹⁹

Conclusum, ut literæ de ædibus Petri Hauntorns et Christophori Graatops obsignentur.

Conclusum, ut Magister Jacobus pastor ad divum Nicolaum habeat literas de fundo in platea Divi Petri obsignatas, modo dederit reversales.

Convocatio profess. 14. Febr.

Determinatum est, ut (ad) deliberationem proponatur causa de fundis et domibus Baltazari Bibliopolæ et Kanuti pistoris.

Determinatum, ut Cives, qui ab Universitate literas accipiunt pro domibus suis, tantum dent Notario Universitatis, quantum alii dant Notario Civitatis pro similibus literis.

Conclusum, ut coram Senatu Civitatis cum Thalia Haldagers quæstor Universitatis agat pro muniendo horto suo, qui proximo est hortis Universitatis, sitis ad vallum Urbis a parte templi Divi Petri occidentali.

De rusticis Universitatis in Strøyby, qui æqualitatem in agris petunt, cum æqualitate (?) expendant quotannis mercedem: in deliberationem propositum est.

Determinatum, ut literæ pro templo et Universitate ex una posthac scribantur forma et uno tenore.

Convocatio Professorum 15. Majj.

Proposita est causa cujusdam sacerdotis, contra quem egisset Episcopus Fionensis M. Nicol Casparus coram senatu Regni, qui determinasset, eundem non habiturum diutius parochiam illam, quam hactenus habuit, sed ab ea discederet. Sed præter hæc nomine et mandato Regiæ Majestatis Biorno Andreæ, arcis Hafn. præfectus, Regis

¹⁹ Om *Hr. Mogens Lavritsen* (af Familien *Løvenbalk*) til Tjele meddeles udførlige Efterretninger i *Allens* Breve og Aktstykker til Chr. II.s og Fr. I.s Hist. I, 368-69, Anm. Om hans foregivne Ægteskab med *Genetha Jakobsdatter*, der sagdes at være en skotsk Grevedatter af en Familie *Cragengelt*, indeholder *T. Beckers* Text til Prospektet af Tjele (Danske Herregaarde VIII, 4. H.) gode Oplysninger.

voluntatem proposuit Universitati hanc esse: Ut Universitas de prædicto sacerdote per causæ ejus cognitionem determinet, an dignus sit pæna graviore, quam parochiæ suæ privatione.

Rector D. Superintend. Johan. Alb. respondit Biornoni
hoc pacto.

Kere Biørn vij altid redebon ere kongl. Matts vilge christeligen at fuldgjøre. Derfor wille wy ochsaa her wdi Hands Naades Vilge hørige vere och om denne præstemandz sag sige, huad oss for ræt kand være, naar wy den Dom beschreven faa at see, som Kongl. Matt. mett sitt elskelige Raad herom haffuer affsagt.

De hujus ergo pastoris causa eo die nihil est actum amplius.

Acta hoc die etiam causa inter Ericum Rud Senatorem Regni et quendam D. Johannem Matthiæ, quem Ericus Rud illegitime vocatum esse pastorem ad quandam parochiam in Lolandia existimavit, ideo quod sine suo consensu literæ vocationis datæ essent prædicto D. Johanni, cum Ericus Rud præcipuum inter parochianos istius loci se agnosceret.²⁰ In præsentia igitur multorum nobilium cum diu agita esset hæc controversia cum utriusque partis testimoniis, amica quædam facta est inter prædictos Ericum Rud et D. Johannem Matthiæ reconciliatio.

Anno Dni 1569 die 28. Maij

electus et creatus est Rector Academiæ Hafniensis, Vir clarissimus et doctissimus Albertus Knopperus, J. V. Doctor, in domo Consistorii, præsentibus professoribus.²¹

²⁰ Det er Admiral *Erik Rud* til Fuglsang paa Laaland (jfr. *Vedel Simonsens* Familie-Efterretninger om de danske Ruders Slægt, II, 59-85). Fuglsang ligger i Thoreby Sogn, det er altsaa formodentlig et Præstevalg i dette Sogn, der her handles om.

²¹ Forhandlingerne paa denne Dag kunne suppleres af *Pontoppidans* Ann. Eccl. Dan. III, 428, hvor en Bestemmelse findes aftrykt om den Orden, hvori Universitetets Rektor skulde udvælges af de forskjellige Fakulteter, ligesom angaaende Rektors Pligter.

Convocati Professores 23. Dec. 1569
in domo Capitulari templi D. Virg., præsente Arcis Haf-
niensis præfecto Biornone Andreæ, M. Paulus Matthiæ Epi-
scopus, D. Hemmingius (etc.).

Kanutus Alsing inter se et uxorem suam adulteram
diuortium petiit, de quo hoc pacto lata sententia est:

Knud Alsing och Marenne, dette sige wy eder af for
rett, att efterdi Knud vil icke tage Eder Marenne til naade
igien, att y bør att være skyldt adt.

Convocationes Profess. Ao. Dni 1570.

Convocati professores pridie circumcisionis Dni. 1570.

D. Vicerektor M. Nicol. Schauenius, D. Nic. Hem-
mingius, D. Er. Lætus, D. Joh. Franciscus, M.
Nic. Hammerus, M. Joh. Aurifaber, M. Joh. Sa-
scerides, M. Andreas Petreius.

Lectæ sunt literæ Regiæ Majestatis, quibus mandatum
est Universitati, ut Magistrum Paulum Matthiæ Episc. Siæl-
landiæ non solum in professorem tertiæ lectionis Theologiæ
imprimis suscipiat, verum etiam in Theologiæ Doctorem
promoveat.

Conclusum, ut imprimis promoveatur in Theologiæ
Doctorem Mgr. Paul. Episcopus.

De Magistro Artium, qui in absentia Episcopi legat,
determinatum est, ut lectionem Philosophicam, quam ha-
ctenus habuit, resignet.

Suffragia.

D. Nicolaus.

Hoc judico, non posse unum aliquem et Theologiam
et Philosophiam simul uno die tradere cum diligentia.

D. Erasm. Lætus.

Sum in eadem sententia cum D. D. Nicolao.

D. Joh. Franciscus.

Et ego cum D. D. Hemmingio et D. D. Læto consentio.
Magistri in eadem permanserunt sententia.

De stipendio Episcopi et coadiutoris hoc modo terminatum fuit, ut centum Thaleri numerentur D. Episcopo. Centum vero Thaleri cum minutis, quæ ad tertiam lectionem theologicam pertinent, coadiutori dentur.

Convocatio professorum 23. Jan.

Magister Paulus præstito iuramento ad tertiam lectionem Theologicam receptus est.

Convocati Professores 27. Jan.

Determinatum, ut Magister Erasmus Catholinus posthac Theologiam doceat loco Episcopi diebus Dominicis, Mercurii et Saturni, atque ex stipendio Episcopi annuo habebit sexaginta Thaleros tantum.

Convocati professores . . Martii,

Atque communibus suffragiis determinatum est, ut iustæ disciplinæ servandæ²² sunt.

Nicolaus Crag²³, cui inter cænandum apud mensam in Coenobio S. S. alapam infixisset reconciliatus, privetur mensa ibidem studiosis Regia liberalitate concessa, atque ea quidem conditione, ut eadem potiundi vicissim mensa nunquam habeat.

Studiosi etiam reliqui, qui publicos Academiae ministros impediverunt, quominus prædictum Nicolaum ex mandato Rectoris in carcerem ducere poterint, sua careant mensa per intergre proximi sequentis mensis spatium.

Convocati Professores 20. Maij.

Petiit Magnificus Rector D. Albertus Knopperus, ut Universitas eligeret novum Rectorem, et suum suffragium dedit M. Erasmo Catholino.

²² Her har den tidligere Afskriver ikke kunnet læse et Par Ord; muligvis kan Lakunen suppleres saaledes: in Coenobio Spiritus Sancti.

²³ Det er den senere saa bekjendte kongelige Historiograf og Ambassadør. Han kan ikke være bleven Student senere end 1567, da han i dette Aar findes indskreven paa Listen over dem, som fik fri Kost i Helliggeist-Hus (se nedenfor S. 49). *Grams* Bemærkning i *Christian den Tredies Hist.* Oversætt. I, 5 viser, at han antager, at Krag først er bleven Student 1568.

D. Nicol. Hemmingius.

Ago gratias magnifico D. Rectori pro bene administrato Rectoratus officio anno iam præterito, et etiam meum Suffragium do M. Eras. Catholino, etiamsi coelebs est, cum habeamus exemplum in D. Siningio, qui etiam factus est Rector non maritus existens.

D. Erasm. Lætus.

Ego iudico consultum esse, ut cum ad facultatem Arrium iam veniet Rectoratus, Magistri ipsi aliquem e suo corpore eligent Rectorem.

M. Nicol. Schauenius.

Meum suffragium do M. Nicolao Hammero propter magnas et graves causas, ipse enim diligenter officium suum prostitit in schola, et domum et etiam uxorem habet.

Eidem et sua suffragia dederunt D. Doctores omnes et Magistri reliqui.

Convocati Professores 22. Maij anno 1570.

Significavit D. Rector Universitati voluntatem M. Nicolai Hammeri, eum se amanter rogare, ut hac vice ab officio Rectoris, ad quod electus fuit, liberari posset, cum quia iuvenis, tum quia res Universitatis minus ipsi notæ sint. Collatis igitur denuo suffragiis, communi et unanimi prædictorum professorum consensu electus est in Rectorem Clarissimus Vir D. Mgr. Johannes Sascerides, qui etiam sese in hac re facturum promisit, quantum divina gratia S. S. possit, modo ei etiam suis salutaribus consiliis professores in tanto officio benigne adesse velint. Quod et ultro ei polliciti sunt.

Anno Domini 1570, Maij die 25
in templo divæ Virginis Rector Academiæ renunciatus est clariss. et doctiss. Vir D. Mgr. Johannes Sascerides, Linguae Hebrææ professor fidelissimus.

Ao. 1570. Convocati professores in templo in domo
Capitulari. 10. Junij.

Pacata est controversia de debito inter Petrum Rhytzer et quendam studiosum Laurentium N. nomine, ita ut stu-

diosus ille Petro nominato dabit creditori suo novem marckas danicas pro toto debito, quarum tres ʒ hac ipsa septimanna, reliquas vero sex ʒ ad festum Michaelis proxime sequens numerabit.

Convocati professores 5. Julij.

Petiit D. Rector consilium professorum de studioso incarcerato, num diutius in custodia Universitatis conservetur necne, communi autem et unanimi Consensu professorum determinatum est, eum debere in custodia Universitatis manere, donec eius causa apud civilem Magistratum cognita et iudicata fuerit.

De rebus Clarensis Monasterii Roschildiæ communiter etiam conclusum est, de iis debere D. Cancellarium et Petrum Oxe curam habere, qui in se receperunt nomine Universitatis, se inservituros Universitati eas bene vel locando vel vendendo.

Convocatio professorum 15. Novbr.

Determinatum et conclusum, ut famulus communis pro habitatione sua habeat ex Universitate annis singulis sex marchas danicas.

Conquestus est M. Erasmus Katholinus publice de domo quadam civis Christierni Begermagers, eam minus licite collocata et exstructa esse.

Anno 1571.

Convocati Professores 17. Febr.

Anna uxor Georgii Erasmi Sutoris, habitantis in vico claustrali, ex studioso Olao N. debitum exigebat decem Thalerorum pro mensa cujusdam Nobilis adolescentis, pro quo se satisfacturum bona fide prædictum Olaum promississe, prænominata Anna affirmabat, Olaus vero prænominatus negabat. Producta in testimonium a parte Annæ Katharina N., quæ jurejurando affirmabat, dictum Olaum, se præsentem et audientem, promississe Annæ solutionem pro debito prænominato. Determinatum igitur hoc die tantum, ut alia quædam testimonia de hac controversia Anna

adducat, quæ aiebat ea tunc temporis extra Urbem esse, et intra paucos dies adduci posse.

Convocati Professores 1 die Jun. 1571.

Petiit D. Rector novum Rectorem Universitatis eligi et creari in primis posse, et data in hunc modum suffragia electionis.

D. Rector M. Joh. Sascerides.

Ego, quantum ad novum eligendum Rectorem attinet, video Clarissimum Virum D. D. Nicolaum Hemmingium debere nunc hoc officio fungi, sed quia occupationibus variis et plurimis tam privatim quam publice in dies molestatur, ipsi parcendum esse existimo, et in Rectorem eligo Clarissimum virum D. D. Paulum Episcopum.

D. Episcopus D. Paulus.

Ago gratias Dno Rectori pro bene administrato officio gubernationis Reipublicæ anno jam præterito, verum quantum ad præsentem electionem novi Rectoris attinet, non credo, quod velitis a semel constituta et confirmata lege vestra recedere. Quare cum veniat nunc Rectoratus ad Facultatem Theologicam, et ordo quoque exigat, ut D. Præceptor Doctor Nicolaus Hemmingius in se officium hoc recipiat, rogo vehementer, ut hoc citra omnem excusationem facere velit.

D. Nicol. Hemmingius.

Vos omnes scitis, quam sint mearum rerum conditiones duræ et difficiles interdum, quare oro, ut alium eligatis Rectorem, et ego Rectorem eligo Clariss. Virum D. D. Paulum Matthiæ.

D. Alb. Knopperus.

Ago gratias magnifico D. Rectori pro bene administrato officio suo hoc anno præterito, et vicissim ad hoc officium eligo clarissimum collegam meum D. D. Nic. Hemmingium.

D. Joh. Franciscus.

Video, quantum ad ordinem electionis novi Rectoris attinet, nullum alium hac vice eligi posse merito, quam clariss. virum D. Nic. Hemmingium. Quare amanter oro, ut

in se hoc onus gubernationis Reipublicæ nostræ hoc anno benigne suscipere velit.

Cum his Doctorum suffragiis Magistrorum omnium suffragia de novi Rectoris electione conveniebant, de solo D. D. Nic. Hemmingio in Rectorem Academiæ ordinando.

Rsp. D. D. Nicolai Hemmingii.

Ego hoc officium in me non suscipiam, priusquam redditæ fuerint rationes, et constitutus fuerit novus quæstor, et singuli professores iuraverint, se Rectori, ut decet iuxta foundationem, obedientes esse futuros.

Convocati professores 2. die Junii Ao. 1571.

1. Constitutus est Quæstor Universitatis novus, honestus Vir Johannes scriba præfectus Universitatis, qui hoc die, porrecta omnibus professoribus manu, in se recepit officium tam quæstoris tam præfecti. Et pro stipendio habebit annis singulis ut sequitur: sc. Redepenge ij^c m℥, Haure xxv tdr., Korn, byg och rug, iiij Pd., hør iiij læss, Weed xx læss, Smør 1 fdg., Oxe 1, Lam iiij, Gess iiij, Oldensvin effter Leiligheden. Item Fogede penge och skriffuer skeppe.
2. Iurauerunt professores omnes unanimiter et sancte, se fore obedientes Magnifico D. Rectori Universitatis in omnibus, quæ licite juxta foundationem præceperit et petierit.

Anno Domini 1571 d. 7. Junii creatus est Rector Academiæ Clarissimus ac doctissimus Vir, Dn. D. Nicolaus Hemmingius, Doctor Vigilantissimus et fidelissimus.

Convocati professores 16. Junii ao. 1571 in ædibus D.

Episcopi Doct. Pauli Matthiæ.

Significavit Rector professoribus, sibi indicatum esse, quod Rex futurus esset bene contentus, si omnia Universitatis bona inter ipsos Professores distribuerentur, modo ipsi hoc iudicaverint sibi ac Universitati utile. Petiit ergo D. Rector de hac re professorum suffragia, quæ hoc pacto data sunt.

D. Episcopus D. Paulus.

Multæ sunt causæ, cur non possum satis approbare, ut fiat aliqua distributio rusticorum et aliorum bonorum Universitatis. Sæpe enim impediuntur a studiis suis professores, si hoc foret. Deinde etiam pauci sunt, qui norunt, quomodo ista ruralia bona Universitatis recte curent et administrent. Et sæpenumero oriuntur inter rusticos controversiæ graves, quæ non possunt facile a nobis componi.

D. Erasm. Lætus.

Ego profecto non intelligo, quidquid incommodi habituros esse professores, si bona Universitatis distribuerentur, imo potius existimo tum quam rectissime et expedientissime provisum nobis omnibus. Neque futura esset tanta negotiorum nostrorum difficultas, quam iam Dn. Episcopus existimet.

D. Alb. Knopper.

Mihi non potest displicere iusta bonorum Universitatis distributio, quia eam video a re professorum haud parum esse futuram.

D. Joh. Franciscus.

Intelligo M. Nicolaum Coldingium²⁴ habere potestatem a Regia majestate, ut bona ruralia Universitatis curet distribui inter professores. Id ergo mihi videtur quam maxime consultum esse et professoribus utile.

M. Nicol. Schavenius.

Ego non iudico pro meo statu bonum esse facere distributionem aliquam bonorum omnium Universitatis. Nam nihil existimo melius esse, quam liber esse a politicis istis molestiis, ac in studiis vivere, quibus sumus addicti.

M. Joh. Aurifaber.

Ego iudico non incommode bona Universitatis, quæ adhuc sunt, posse inter professores distribui; sed quantum ad Canonicatus istos attinet, quos addere Magistris Rex

²⁴ M. Niels Kolding var dansk Hofpræst (se Zwergius, Sjæll. Cleresi, S. 472 ff.).

constituit, mihi non videtur consultum esse, ut isti cum reliquis bonis Universitatis incorporentur.

M. Joh. Sacerides.

Ego iudico maiore et longiore deliberatione in re tam perplexa opus esse.

M. Andreas et Hammerus

Cum Aurifabro conveniunt.

D. Rector.

Si distribuantur bona Universitatis inter Professores, credo fore, ut sæpe impediantur professores ab exercitiis suis, cum ad dirimendas controversias inter rusticos sæpius eos invisere cogantur.²⁵

(Behandling af det Spørgsmaal, som var forelagt af Regjeringen, om Anna, Jørgen Sejlleggers Datter, hvis Ægtefælle Jørgen Bruck for 6 Aar siden havde forladt hende, paany maatte gifte sig. Meningerne vare delte.)

Communibus omnium professorum suffragiis hoc eodem die permissum ac concessum est, ut Clarissimo Viro Magistro Nicolao Coldingio Concionatori Regio dentur literæ Universitatis de bonis Monasterii Clarensis Roschildiæ sequentibus, cum suis adscriptis conditionibus: Dabit autem Magister Nicolaus Universitati annis singulis

ex {	Horto Clarensis	ij pd. korn
	Mola	XVI ʒ rotund.
	Domo Argillacea quadam . .	VI ʒ,

eaque bona Universitatis tantum retinebit Magister Nicolaus hisce conditionibus per tempus vitæ suæ et uxoris suæ.

Aliam vero domunculam, quam Universitati satisfecit retinebit pro se, uxore sua et hæredibus omnibus, cum potestate eam quocunque velit transferendi.

²⁵ Videre Forhandlinger om dette for Universitetets hele Økonomi saa yderst vigtige Spørgsmaal forekomme ikke; Professorerne ere vel altsaa alligevel blevne enige om at anbefale Forslaget, der, som det vil ses af de følgende (S. 47), snart blev til Lov.

Convocati professores 3 die Julij.

Petiit quidam Dnus Matthias (Boethii) Hafniensis, affinis M. Nicolai Caspari Episcopi Fionensis, renovationem literarum cuiusdam domus suæ, cuius fundus Universitatis est, in vico claustrali a parte meridionali domus Jacobi Mauricii Aurifabri iacentis. Literæ vero ab hoc Dno Matthia prolatae, cum tantum pro eo atque ad eius vitæ terminum solummodo valeant, quare de eius petitione hoc modo sunt data professorum suffragia.

D. D. Eras. Lætus.

Mihi videtur Dne Rector, quod mortuo hoc Dno Matthia domus ejus, cujus literas renovari cupit, cum omni structura sua, juxta hasce antiquas nobis oblatas literas, ad Universitatem prorsus pertineat. Atque ideo existimo minime esse commodum Universitati, si renoventur huic viro hujus domus literæ, prout ipse a nobis postulat.

Huic suffragio omnes professores reliqui subscripserunt unanimiter, eoque dimissus prædictus D. Matthias est et abiit.

Dnus Rector de Doctore Johanne Pratensi Medico vocando ad Actionem Medicam proposuit, inquiens: Ego nuper fui Roschildiæ et mihi a M. Nicolao Coldingio significatum est, Doctorem Petrum Severini vocatum esse ad serviendum Regi, sed Doctorem Johannem Pratensem adhuc non habere vocationem, nobisque liberum esse ipsum ad Academiam vocare vel non vocare. Quare ad hæc duo velim mihi dari vestra suffragia.

I. Utrum velitis vocari ad lectionem in hac schola Doctorem Johannem Pratensem.

II. Anne videatur vobis utile, ut si eum vocaveritis, alium non tradat in schola nostra doctrinam, quam Hypocratis et Galeni, sicut quoque faciunt Medici scholæ Vitebergensis et Lipsiensis.

Data hoc pacto suffragia.

D. Erasmus Lætus.

Ego re vera iudico et vocandum ad lectionem Doct. Johannem Philippi, et ab eo in schola proponendam esse

doctrinam Galeni et Hypocratis, sicut in aliis Academiis communiter solet fieri.

Huic suffragio professores reliqui unanimiter subscripserunt.

Petiit D. Mgr. Johan. Sascrides nomine Doctoris Martini Æditui Medici²⁶, ut Universitas velit tegulas quasdam ei procurare ad reparanda tecta domus, in qua D. Martinus habitat.

Suffragia data.

D. D. Erasmus Lætus.

Hæc domus, de qua fit mentio, videtur tradita esse Doctori Martino libera, quam diu velit ea frui. Ergo mihi videtur consultum esse, ut Doctori Martino ad hanc petitionem non demus responsi quidquam, antequam cum Magistro Aulæ de Doctore Martino locuti fuerimus. Sed potest ipse Doctor Martinus reparare domum istam suis sump-
tibus, et postea referre exposita a se ad rationes, donec certi aliquid de ea re intellexerimus, et an aliquando (?) vel Universitas vel Regia etiam Majestas ei satisfaciat.

In hoc consenserunt omnes professores reliqui.

Convocati professores 5 die Julij Ao. 1571.

In Academiæ Professore Medicum clariss. et doctiss. vir Dn. D. Johannes Pratensis receptus est, cum Dnis Professoribus promotionis suæ testimonium ostendisset, et juxta receptam scholæ consuetudinem iuramentum præstitisset.

Convocati Professores cum Senatu Urbis in Templo

S. Spiritus die 8. Augusti Ao. 1571.

Anders Schriffuer	}	Consules.
Marcus Hess		
Jørgen Persen		
Hans Olsen		
Matz Schriffuer	}	Senatores.
Christopher Mogensen		

²⁶ Hvad man ved om denne Mand, der ligesom M. Joh. Sascrides var en Hollænder af Fødsel, er samlet i *Herholdts* og *Mansas* Samlinger til den danske Medicinal-Historie, S. 28-29.

Peder Siundesen	}	Senatores.
Hans Dyricksen		
Michel Remmesnerr		
Jacobus Scriba		Præfectus Urbis.

Actum est de domo Lapidea in cæmeterio D. Virginis, quæ ante annos viginti possessori Stephano pistori ablata et scholæ Triviali adjecta est, pro qua sibi satisfactionem fieri prædicti Stephani successor Kanutus pistor petiit, cum adhuc nulla esset pro ea facta compensatio. De qua re communibus et consentientibus prædictorum Dnorum suffragiis hoc pacto determinatum est.

- I. At forne Knud Bager skal her efter med sine efterkommere selv beholde den keller, som er under det Steenhuus, som er kommen fra hands Gaard til Skolens forbedring.
- II. Bleff Knud Bager afbetalt for fornefte Steenhuuses Offuendeel, som hand hafde mist, udi saa Maade, at hannom derfor bleff affgiffuet viij ₧ Danske af den Jordskyld, som hand aarligen burde at giffue efter sitt Jordebreffs Lydelse. Hvilcke viij ₧ bleffue hannem tilgiffne først for xx aar nest forgangne, som hand restit med, och skulle betale, och siden herefter stedse och altid. Och dermett skulle hand for forne Steenhuus være slet affbetalt. Hvormed hand lod sig nøje och well wor tilfredz.
- III. Tilsagde Professores Borgemester och Raad, at Universitas vilde kreffue dennem paa Byens vegne Betaling for forne viij ₧, som Universitetet haffuer mist aff forne Knud Bagers Gaardz Jordskyld først wdj xx Aar, och her efter skal miste in perpetuum.

Convocati professores 12. Sept. 1571.

Communibus suffragiis determinatum est, ut Consul Marcus Hess frumentum Universitatis accipiat, donec de eo aliter conclusum fuerit.

Intercedente Episcopo determinatum est, ut orphani Mgri Pauli Noviomagi²⁷, piæ memoriæ, soli retineant ex Canonicatu parentis ipsorum Arhusiæ eam partem, quæ inde cedit Universitati pro anno gratiæ. Sed hac tamen conditione, ut eam partem M. Laurentius Olderop²⁸, Universitatis in eo loco procurator, levet, indeque eo, quod ipso pro officio debetur, ablato, residuum huc ad prædictorum orphanorum tutores mittat.

